



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Corona Avrea Svper Mithram Romani Pontificis**

**Raynaud, Théophile**

**Romae, 1647**

Prolegomena.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10481**



## PROLEGOMENA.

*Liqui tituli Romani Pontificis cadunt in eum explicitissime, atque formaliter, atque adeò in illis Pontifici accommodandis non est collocanda opera. Sunt verò alij, qui non ita aperte Pontificem afficiunt: sed aliò potius spectare videntur prima fronte. Eiusmodi sunt nonnulla sancti Petri, & Ecclesie elogia, ac etiam qua de sede Apostolica, & clauibus Regni Cælorum vel Ecclesie, aut de Petri gladio pronunciantur; Vnde perillustres Pontificis tituli erui possunt; sed præmissa scrutatione, & disquisitione aliqua, cui nunc exhibende, prænotationibus aliquot ad scopum propositum viam munio.*

### PRÆNOTATIO I.

*Qui Sancti Petri tituli, Romanis Pontificibus eius successoribus aptari possint.*

*EST quidem Romanus Pontifex, vt Christi Vicarius, ita Sancti Petri in ea Christi Vicaria præfectura successor. Nam Hæretici diffidentes S. Petrum Romæ sedisse, helleboro indigent; neque tamen omnes tituli, quibus Sanctus Petrus honestatus legitur, in eius successores cadere sunt censendi. Distinctio igitur adhibenda est. Nam ali-*

A                      qui